M. ANTONII SABELLICI, RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA,

DECADIS TERTIÆ,

LIBER II.

CUm Philippo quatuor deinceps annis ne- 1433
que certa pax, neque bellum fuit: Eugenium illo clam primo, mox aperto bello oppugnante, contra Venetis adverſo fœdere nitentibus, ut & popularem ſuum in Pontificia retinerent dignitate omnia molientibus. Multi interim citro ultroque armorum conatus, multiſque locis vario eventu pugnatum: ſuſpiciones ad hæc mutuæ & inſidiæ, non ſolum foris, ſed domi etiam hoſtiliter intentatæ: de quibus abunde ſuo loco dicetur. Nunc quæ procul domo

ſunt